

SCRIPTA

Numéro Scripta : 459

Auteur(s) : Gautier de Coutances, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1186

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par Gautier, archevêque de Rouen, de la donation faite à l'abbaye de Jumièges par Guerrier et Payen de Genainville et par Julienne, femme dudit Guerrier, Leyarde et Eremburge, ses sœurs.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CXLV, t. 2, p. 84-85.

Dissertation critique

du 13 avril au 28 mars 1187 d'après J.-J. Vernier.

Texte établi d'après a

Vualterus, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, sancte ecclesie filiis presentibus et futuris in vero Salutari salutem. Quoniam propter labilem hominum memoriam et malignantium insidias ea que rationabiliter acta sunt possunt et solent perturbari, salubriter institutum est ea scripto commendari quo et memoria reformetur et calumpniantium malignitas repellatur. Eapropter possessiones quas Gurricus de Genesvilla, et Paganus frater ejusdem, et Juliana uxor ejus, Guerrici et Legart et Eremburc sorores eorum, cum assensu heredum donaverunt monasterio Gemmeticensi, ad petitionem ipsorum scripto presenti inserere curavimus, scilicet: duas partes quarte partis molendinorum quorum alterum in superiori parte de Genesvilla situm est et alterum in inferiori, et dicitur molendinum Prati, et quidquid juris in predictis molendinis habebant cum ea parte calceie que in terra sua sita est. Dederunt etiam et mariscum qui interjacet calceie et alneto suo, tantam habens latitudinem que ad stagnum ibidem faciende (sic) possit sufficere. Cujus scilicet stagni latitudo extenditur a fluviolo inter Culturam Prati et mariscum decurrente usque in campum suum qui est supra fontem Martini secundum altitudinem predicti fluvioli et calceie prati. Licet etiam monachis ut aquam stagni in alnetum Guerrici redundare faciant quantum voluerint sine detimento alneti. Quod si in predicto marisco aliud quam stagnum facere voluerint, prout libebit, sicut in suo proprio licebit. Addiderunt etiam duos agros quorum alter vocatur Cultura Prati, alter Vallis Wiburgis, et duas partes tocius tenementi Johannis Tassel, et duas partes arpenti in quo manebat Wibertus Ridel, et duas partes dimidiis arpenti quod tenebat Willelmus frater Ascelini, duas eciam partes vinearum quas apud Trelum habebant. Quod si predicti fratres et sorores a domino de quo tenent vineas impetrare non poterunt ut monachi eas habeant, excambium equivalentis dabunt eis in tenemento quod de illis habent apud Genesvillam. Veruntamen prefatus Guerricus et,

Juliana sponsa ejus, in manu nostra omnia predicta posuerunt, et de concessione fratris et sororum ejusdem Guerrici per cartam capituli nostri nobis innotuit. Ut autem hec donatio rata et stabilis permaneat, eam presenti scripto et singilli (sic) nostri impressione confirmamus. Actum est hoc apud Rothomagum anno dominice incarnationis .M°. C°. LXXX°. VI°.